et pontifex [a] Remedius.+

Beatus Cunibertus [b] Coloniensis archiepiscopus VII.

cat. II. et III. Septimus [c] dehinc successit in presulatu Coloniensis ecclesie sanctus presul Cunibertus sub imperio scilicet [d] Eraclii cesaris, qui cepit [e] regnare sub anno domini 610 [f], seditque sub eodem Eraclio et filio eiusdem Constantino III. et nepote eius [g] Contante [h] III. imperatoribus temporibus quoque Dagoberti primi regis Francorum et filii eiusdem Sigiberti [i]

vita S. Cun. ap. Surium 12. Nov. annis 40 [k]. Hic b. Cunibertus fuit filius Crallonis illustris ducis Lo-

cat. III, cod. 4. tharingie [l], cui eciam [m] scilicet [n] beato Cuniberto rex Francorum

Ekk. chron. ap. Pertz SS VI, 118. Dagobertus supradictus inter reges Francorum fama et potencia nominatissimus prefatum filium suum Sigibertum [o] in annis adolescencie constitutum transmisit Coloniam virtutibus et sciencia educandum et ipsius sancti viri ductu in Austrasia regnaturum.

cat. III, cod. 4. Ipse quoque beatus Cunibertus nobilem illam possessionem videlicet opidum [p] Susaciense [1] cum suo territorio Coloniensi ecclesie sua industria acquisivit.++ Exstruxit [q] quoque (ecclesiam) extra muros urbis Coloniensis

cf. v. s. Cun. p. 275. in honore s. Clementis martiris conventumque fratrum ibidem instituit et possessionibus magnifice dotavit, que tandem mutato nomine s. Cuniberti ecclesia nuncupatur, in qua ipse requiescit honorifice tumulatus miraculis choruscando. Cuius vita virtutes et gesta in legenda ipsius plenius [r] continentur.

[1] Soest.

Bocaldus [s] Coloniensis archiepiscopus VIII.

Octavo loco presedit in pontificatu Coloniensis ecclesie venerabilis

+ add. 7: Huius temporibus rexit ecclesiam Romanam S. Gregorius primus, qui fuit doctor celeberrimus, et hoc anno d. 587. Et in diebus istorum reverendorum patrum parum vel nihil inventum est singularitatis, sed hoc habetur, quod vel boni nominis et fame erant et pacifice et devote regebant populum in dei timore et amore.

++ add. 5, 6, et 6': sepultus in dicta sui nominis ecclesia et multis choruscans miraculis et multis ecclesiis in vita largiens elemosinas beate vite exemplum, prout in legenda sua et in scripturis sanctis (est scr. sacris 5) invenitur, fidelibus posteris dereliquit (reliquit 6).

a) presul 4. b) Kun. 3. c) Septimo 2. d) videlicet 2. e) incepit 2. f) 613 cod. 4'. g) eiusdem 4. 4'. 4''. h) Constantino 4'. 4''. i) Siberti 3. k) decem 4'. 4''. l) Lothringie 1. m) ecclesia 3. n) scilicet deest 1. o) Sygeb. D. Sigeb. 3. p) opidum deest 1. Susatense 4. 4'. 4''. q) extruxit 2. et struxit 3. r) plenius deest 2. s) Bacolus 2. Bacaldus 4. 4'. 4''.